GODEFRIDUS VORAVIENSIS. BERENGARIUS DE LANDORA. ETYMACHIETRAKTAT. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS.

14. und 15. Jh. Seite 22r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=540
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



benignitas figuratur. Nam sicut aspectus
celestis magis accidit nocturno tempore quam di
urno. Testante Alkoraz li. viij. qui
dicit influxum aspectumque celestem virtuosiorem
quod esse in nocte quam in die. Cuius et causa tangitur
infra. Sic revera per omnem modum benignitas
mihi quoque divina magis quidem accidit in nocte tri
bulationis quam in die mundane felicitatis et prosperitatis.
Sic igitur patet quod per planetam ipse Christus aut sanctorum
aliquis describitur. Et quod per aspectum celestem misericordia
aut pietas figuratur. Et tunc applicare sic
Christus itaque duobus medietatibus suam in hunc mun
dum misericordiam influit et pietatem. Videlicet primo medi
ante dispositione aptitudinis quoque mentis. Secundo
mediante aliquo alio sancto instar stelle et
quemadmodum supra. Albertus li. de impressionibus aeris
Cumque aer rore distillaverit in terram mox
elementorum serenitas consequitur. Cuius causa tacta est
supra. Sed tunc per aerem intelligitur ipse homo. Nam sicut
aer quibuscumque elementis annexitur illorum su
scipit qualitates. ut ostendit philosophus in eodem me
thaphysicorum. Aer namque igni proximus se annexus
proximus virtute ignis inflammescit. Item aer aqua
annexus minimum aquositatibus humectatur. Aer autem
terre vicinus terrestris aterra recipit qualitates.
Sic nimirum per omnem hominem qualibuscumque con
iungitur illorum qualitates recipit atque mores.
Homo namque tupidus et avarus assiduus
et ipse tupidus et avarus efficitur. Item homo
lenibus et dissolutus seu carnalibus con
iunctus hominibus et ipse talis redditur in cunc
tantis. Sed tunc consequenter rore ipsa misericordia desig
natur. Nam sicut ros non cadit nisi vapor qui
in aere fuit a solis virtute et radio digeratur
quemadmodum in summa naturalium dicitur. Sic nimirum
per omnem modum misericordia hominis ad proximum neque quam
gignitur nisi ipse homo more aeris in amore
dei penitus inflammetur. Sic igitur patet quod per aerem
ipse homo describitur. Et quod per rorem ipsa hominis
misericordia et pietas ad proximum figuratur. Et tunc
applicare sic. Cumque itaque homo rorem sue
pietatis et misericordie pluvie mox quidem digna
retributione consequitur vite serenitas sempiterne
Recte ut supra dictum est. Commentator super 3.

De penitentia et confessione

Methaphysicorum. Cumque nimirum motes fumigant
nebulam elevantes proximus pluviam consequitur. Cuius
causa tangitur infra. Sed tunc per fumigationem mo
tuum ipsa hominis contritio aut pena designatur. Nam sicut
fumigatio motuum contingit tripliciter. Iuxta illud quod
ait auctor libri de impressionibus aeris. Primo videlicet
per aliquam stellam respectum mediante qua trahitur talis
vapor. Secundo per aeris estum validum. Tertio per aptitudinem
eorum proximorum motuum. De primo sic ait Avi
cenna li. 3. De diluviis. Sepius igitur nostris
evenit temporibus quod quedam constellatio apparuit que
violenter ad se traxit aquas et flumina. Et
ideo quedam moti sunt ut dicerent stationem ma
ris et iordanis fuisse naturalem. Tales enim
aquas attrahunt virtute alicuius stelle seu
planete aut alicuius constellationis aut facti sunt
fore latas. Sicut dudum apud nos apparuit re
fert enim philosophus in libro de natura locorum. Quidam esse re
giones in quibus singulis annis aque et flumina
sunt in altum fieri et ad instar muri alicuius
conglobari. De secundo sic ait Avicenna in libro
fontis vite. Serenitas naturaliter efficit plu
viam atque umbram. Cuius causa est quia in sere
nitatis tempore aeris regio valde fervet
et licet obtecta nubibus videatur. Regio autem
aeris estuans vehementer humores et vapo
res attrahit et maxime de montibus eo quod sint
porosi. Quomodo autem Tholomeus alma
iesti primo. Calor siccitas quoque aeree regio
nis vapores maxime attrahunt et humores
De tertio sic ait philosophus in problemate. Apertus igitur por
is terre nostre est evaporationes varias fieri
et exalationes multas. Patet igitur quod fumigatio
motuum contingit tripliciter videlicet per aliquam planete
seu stelle respectum per estum aeris validum et
per aptitudinem proximorum. Sic nimirum per
omnem modum contritio hominis et pena tripliciter accidit
primo videlicet per divine pietatis misericordie aspectum
Secundo per estum timoris amoris quoque divini vali
dum. Tertio per aptitudinem detectionemque omni
um vitiorum. Sed tunc consequenter per pluviam divina
clementia seu misericordia designatur. Nam sicut pluvia
naturaliter quidem quiescit in meridie et in media
nocte. Testante philosophus in libro problemate qui ait